

desinentiam *Léikin*, consulantur, quæ dicta sunt, ubi de nominibus agitur, præsertim "Affixarum particularum regulæ."

11. *NAKÁT* est vox, qua innuitur actionis expletio vel desitio, et unitur verborum radiebus tantummodo; v. g.

Hipnákát	expletio comedionis	Hipíse	comedo
Talapózanákát	expletio orationis	Talapózaza	oro
Tanuánákát	expletio locutionis.	Tenuése	loquor.

Usus hujus vocis est admodum frequens, et incipientibus in studio linguae apprime necessarius; per hanc enim vocem habetur modus quidam exprimendi vocem latinam *post*, si nempe *nakát* componatur cum affixo *pa*, unde fit *nakátpa*; quod si hoc totum appingatur verborum radiebus, fiet; v. g.

Hipnákátpa	post comedionem	Hipnákása	finio comedere
Talapózanákátpa	post orationem	Talapózanakása	finio orare
Tanuánakátpa	post locutionem.	Tanuánakása	finio loqui.

Hæc vox *Nakát* derivatur ex verbo *Inakásá* (*expleo*, *finio*, *abservo*) Quomodo autem hoc verbum compingatur cum aliis verbis, patet ex iis, quæ dicuntur, ubi de verbis componendis agitur.

12. *ÉSG* est desinentia composita ex *es* et *g*, quæ nominibus verbalibus adjicitur, ut significetur actionis anterioritas respectu alterius actionis; per hanc desinentiam habetur aliquis modus exprimendi vocem latinam *ante*; v. g.

Uleignésg	ad fugiendum	Ulelíkze	fugio
Pinmiktésg	ad dormiendum	Pinníkse	obdormio
Tenuetésg	ad loquendum	Tenuése	loquor.

Si intrinseca ratio hujus loquendi formæ investigatur, dicendum, quod *Uleignés* est participiale cum additione affixi *g* significantis *ad* latinum. Igitur *Uteignés* significat *ad fugiendum*. Dicito idem de *Tenuetésg*. Quoad *Pinmiktésg*, et cetera ejusdem formæ, dicendum, quod *Pinníktés* est obsoleta for-